



Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

S. Henricvs Bavzanensis Anachoreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

S. HAINRICVS ANACHORETA.




Solus ut extinguit nascentis sidera fulgor,
Et non accendit sidera, tacta dea,
Sic anachoreta, dum vivat fama sepulta est,
Clarior à tumultu fama sepulchra redit.

Ignotus latuit quondam vetus incolâ silvæ
Henricus: flammâ tardior ignis aedit;
Ex qua lux nata est nullis mortuura Calidâs,
Sic orbi claros sera favilla facit.

233

DE 2. WEITICO BARBARICA



233

233

S. HENRICVS

BAVZANENSIS ANACHORETA

BAUZANUM seu Bozenum, opidum est haud procul
 Merania (inter Brixinam & Tridentum apud Terio-
 los) quod olim Boijs paruisse Diaconus testatur:
 Vnde S. Henricus oriundus est, qui admodum ado-
 lescens exactus ab hæreticis (quos ego illa tempesta-
 te adhuc quæro qui fuerint) Taruifium venit, vbi manu, labore, &
 quotidiana opera sibi victum quæsiuit. Mirabantur Taruifiani
 magnas in tenui homine virtutes, præsertim raram hodie in tole-
 randis iniuriis patientiam, singularem modestiam & submissio-
 nem, quem nemo meminit vllum iræ vel indignationis signum
 vnquam prodidisse. Diebus negociosis opere semper occupatus,
 sacris, ad aras supplex votis Deum & superos sibi aliisque propitia-
 bat, ecclesiasten attentissimus audiebat, & hortantem sequebatur.
 Animum frequenter ab sordibus peccatorum lacrymis & confessi-
 one apud sacerdotem expiabat, ad agnum cælestem in sacro eu-
 charistiæ epulo agnus ipse frequenter accumbebat. Si quid lucelli
 ex mercede operæ superesset, in egentes, ipse non diues erogabat. Si
 nil redundaret, ipse sibi subduxit, geniūque fraudabat, vt esset
 quod miseris impertiretur. Molesta è setis tunica corpus torque-
 bat, catenis cingebat, funibus, ferro, catenatoque flagro in se ipse
 sæuebat, cultu, etiam à vulgari viliori utebatur, saxo pectus ferie-
 bat. Ita in multum vsque senium profecit, donec incuruum & æ-
 grum corpus scipione fulciret. Hoc habitu etiam corporis ta-
 men ad omnes Diuorum aras assidue supplicabat. Fuit, cum in
 media cum aliis via ad cippum sacrum precabundum subito tem-
 pestatis procella cum ingenti imbre excussa opprimeret: sed aliis ad
 porticus & tecta refugientibus, ille senio tardus, ibi deprehensus
 nulla tamen stilla pluuiæ contactus, siccus & intactus in loco hæ-
 sit, quasi religio fuisset cælestibus aquis hominem innocentem in-
 jurijs cæli, cui ipsum cælum deberetur afficere. Accinuerunt et-
 iam sponte eius sanctitati æra omnia, & turrium tintinabula nullis
 funibus tracta aut agitata, cum sancta mens eius è corporis vincu-
 lis expedita ad beatorum sedes & societatem proficisceretur. Ad
 exuias corporis nihilominus in terris relictas interim elingues fa-

cb. ccc. xv.
 Bozen.

Diac. lib. 5. cap. 36.

pag. 198.

an Bozenis & Bozaro-
 dis

ri, luminibus capti repente solem intueri, agri è morbis respirare, & conualescere coeperunt. Studia vitæ morèsq; & virtutes in acta publica missa & in orbem euulgata sunt ante paucos annos. Corpus eius Veronæ anno Christi 110, cccc. vii. in S. Felicis monte cum catenis & ferrea scutica repertum testatur Philippus Ferrarius. Fasti Veronenses illius memoriam custodiunt & festam habent.

Ferrari. p. 420.



B. HEN.